



Universitätsbibliothek Paderborn

Instructio practica ...

Institutiones Qvintvplicis Theologiæ - Positivæ videlicet, Asceticæ,
Polemicæ, Speculativæ, & Moralis complectens, Unà cum Appendice
Methodum compendiarum reformationis Ecclesiasticæ à Concilio
Tridentino factæ continente

Lohner, Tobias

Dilingæ, 1679

Principium 3. Meretur Testatoris voluntas ultima, ut sollicitè Conservetur
Dispositionis substantia.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-48233](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-48233)

in iisdem dispensare, ergo, sicut Imperatores ad aliqua Te-
nencia dictas solemnitates requisiverunt, ita in aliis di-
cens, & pauciores, vel nullam specialem solemnitatem
requirere potuerunt.

Praxis.

Hinc deducitur 1. In Testamentis ad pias causas (puta
& Sanctorum honorem, vel animæ salutem) factis nul-
lominino solemnitatem requiri, sed solo naturali, divino
Sentium jure subsistere, uti cum Bartolo, Abbate, Claro,
et quello & aliis docet Laym. l. 3. tr. 5. c. 2. n. 2. quia Jura
laicaria in causis Ecclesiasticis nullum præjudicium asserre
possunt, nisi à Summo Pontifice approbatæ sint; non esse au-
tem receptas ab his Juris civilis solemnitates, ex cap. rela-
tio fir. de Testam. constat.

Deducitur 2. Etiam Testamentum à Parentibus inter
quos conditum validum esse, etiam si præscriptæ Juris so-
lemnitates non fuerint observatæ, modò testamentum tale
solum, & tempus conditi Testamenti, nominaque Filio-
rum ac portionum scripto sint à Testatore notata, aut certè
sua propria subscriptum sit Testamentum, uti in le. ult. c.
de Testam. hereticundæ & le. Consultissima, C. de Testam. de-
claratur.

Deducitur 3. Idem sentiendum esse, si Testamentum co-
muni Supremo Principe factum sit, oblato ei libello, in quo ul-
tima voluntas descripta habeatur; uti ex le. omnium. C. de
Testam. colligitur, quia acta Judicii Testium vim habent,
et eundem solemnitatem supplent. Ad Militum verò in
publica expeditione versantium Testamentum duo saltem
Testes etiam non rogati sufficiunt, uti in le. Milites. Cod. de
Testam. Milit. & le. Lucius. ff. eod. habetur.

PRINCIPIUM III.

Secretetur Testatoris voluntas ultima, ut sollicitè
conservetur Dispositionis substantia.

Sensus.

Hoc est, quando de alicujus Testamento legitime facto
constat, ad Executores pertinet, ut cum omni sollicitudine
ea,



ca, quæ in tali Testamento disposita sunt, observari de-
bent.

Authoritas.

Desumptum est ex c. ult. de testam. ubi dicitur: Ul-
tima voluntas Defuncti omnibus modis conservari debet.

Ratio.

Quia, cum quisque de re sua disponere pro arbitrio
possit, nisi aliunde impediatur, hoc ipso, quod Testator jus
suum ad relicta bona in certas Personas vel loca transfulerit,
non possunt isti hoc jure acquisito privari; cum juxta Causam
discretionem de eo, qui cognov. nemo debeat jure suo sine
causa privari.

Praxis.

Hinc deducitur 1. Si Testator certam quantitatem pro
certo numero Missarum determinavit, non posse Hæredem
mediam partem sibi servare, etiam si possit pro altera
parte invenire, qui constitutum Missarum numerum imple-
ant, uti rectè sentit P. Gobat. tr. 3. n. 573.

Deducitur 2. Si Hæredi certò constat, voluntatem Testatoris
fuisse, ut aliquid in piam causam expenderetur, etiam
ad hoc exequendum in conscientia obligari, etiam si id in fo-
ro externo probare non possit, uti Laym. l. c. n. 5. docet.

Deducitur 3. Etiam Testamentum ad causam non piam
factum probabilius implendum esse, si defuncti solemnitas
jure positivo requisita, uti Lessius l. 2. de Just. c. 19. apud
cum Vallens l. 3. tit. 2 r. n. 9. docet, & colligi videtur ex le. 1.
inutiliter. C. de fideicom. & §. ult. Instit. de fideicom. l. 1.
red. nam ex tali voluntate ultima cognita oritur obligatio
naturalis, solemnitas Juris verò tantum requiritur, ut sit
in foro externo faciat & falsitas omnis, deceptioque evitetur
uti in le. Questionem. 32. C. de fideicom. dicitur.

PRINCIPIUM III.

Tamdiu Testatoris ambulat voluntas, quam
diu superest viverendi facultas.

Sensus.

Hoc est, quamdiu Testator vivit, tamdiu potest Testam.